UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi (dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris succinctim complectens

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

Causæ, cur à nobis recesserint sectæ vrgente conscientia, vt falsò prætendunt. tit. 289

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

Visual Library

diù quis maneat ſub obedientia Apoſtolicæ Sedis in fide aut nauicula Petri, non deficiet. Securi ſunt catholici à Turca, Gentibus, ſectis varijs, manet vnitas Eccleſiæ catholicæ, deuota miniſtratio Sacramentorum, & vniformis fides, &c. ſed è diuerſo, quàm primum fit defectio & auerſio à fide & obedientia Petri atque Sedis Apoſtolicæ, tunc ſequentur variæ ſectæ, bella, perditio fidei, atq; apoſtaſia. Nam Chriſtus non orauit pro fide ſectarum contra Petrum, ſed pro fide Petri, &cæ ne deficeret: nec enim vnquam præualebunt ſectæ, ſed fides & confeſſio Petri, Mat. 16.

SEQVVNTVR CAVSÆ CVR a nobis receſſerint ſectæ vrgente conſcientia, vt falsò prætendunt.

TITVLVS CCLXXXIX.

PRima eſt, quia inquiunt, tribuimus operibus effectiuam cauſam, id eſt, virtutem & meritum iuſtificationis, ſeu remiſſionis peccatorum & ſalutis, & nõ paſſioni & ſanguini Chriſti, ſicut faciũt Iudæi, qui iuſtitia legis ſolùm ſunt iuſti, & putant mereri remiſſionem, Rom. 10. Volentes ſuam iuſtitiam ſtatuere &c. ſed de his ordine dicemus.

NOS VELLE ESSE IVSTOS iuſtitia legis, non fidei.

TITVLVS CCXC.

Cauſa I. SEctæ (vt diximus) prętendunt aliquas cauſas ſui receſſus à communi & catholica Eccleſia & vnitate, quarum prima eſt, quòd non ſciamus nec doceamus aliã iuſtitiam, pręter legis, ſicut Iudæi, hac doceamus hominẽ eſſe iuſtum corã Deo. Subindè quòd